



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ Pontificum Romanorum

Ex Antiquis Monumentis Collectæ

Sandini, Antonio

Bambergæ, 1753

CXX. Leo V. Anno Christi 903. Ludovici III. 4. Leonis Sapientis 18.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65464](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65464)

CXIX.

BENEDICTUS IV.

ANNO CHRISTI 900.

LUDOVICI III. 1. LEONIS
SAPIENTIS 15.

BENEDICTO IV. Mammoli fi-
lio, Romano summum Sacer-
dotium anno 900. mandatum est.

Bar. an.

Quo die, non constat. Illud tradi-
tur certum, pridie Kal. Septembr.

901. §. 12

Pag. an.

Romanam Ecclesiam jam admini-
strasse. Extant enim epistolæ ejus

900. §. 14

23. 24.

datæ eo die. Ludovicum III. inun-
xit Imperatorem. Mortuus est anno

Bar. an.

907. §. 1.

903. mense Octobri. Pontifex fuit

Pag. an.

903. §. 1.

annos tres & menses duos, liberalitate
in egenos maximè commendatus.

CXX.

LEO V.

ANNO CHRISTI 903.

LUDOVICI III. 4. LEONIS
SAPIENTIS 18.

BENEDICTO IV. post unum
aut alterum diem subrogatur
Leo V. Ardeatinus, qui ab Christo-
Sandini Vitæ Pontif. Kk phoro

Bar. an. phoro familiari suo, ac Presbytero
 907. §. 2. in carcerem coniectus traditur, ubi
 Pag. an. teste Flodoardo de Rom. Pontifici-
 903. §. 2. bus

*Emigrat antè, suum quàm Luna
 impleat orbem. (1)*

ANNOTATIONES.

(1) Baronius ad an. 907. §. 2. *Sunt
 hæc planè tempora, inopiâ scriptorum
 obscura, & tyrannide Sedem Apostoli-
 cam invadentium tetra.*

Bellarminus Præfat. in Libros De Rom.
 Pont. *Ne fortè putaremus ob vitam in-
 corruptam & mores integerrimos sum-
 morum Pontificum tamdiu stetisse hanc
 Sedem, permisit ad extremum Deus, ut
 etiam quidam parùm probi Pontifici
 aliquando hanc Sedem tenerent, & re-
 gerent. Quales sanè fuerunt Stephanus
 VI. qualis Leo V. Christophorus I. Sergi-
 gius III. Joannes XII. aliique non pau-
 ci, si vera sunt, que de eorum vita &
 rebus gestis apud Historicos eorum tem-
 porum scripta leguntur.*

*Itaque nihil est, quod Hæretici tan-
 tum laborent in quorundam Pontificum
 vitiis conquirendis. Nos enim agnosce-
 mus & facemur, ea fuisse non pauca:
 sed tantum abest, ut iis gloria hujus
 Sedis*

Sedis obscuretur vel minuat, ut visdem
 potius vehementer crescat & amplificetur.
 Hinc enim intelligimus, non humano
 consilio, prudentiâ, viribus Romanum
 Pontificatum tandem consistere, sed quia
 hac petra ita à Domino roborata, divi-
 nitus fundata, Angelorum custodiis se-
 pia, singulari Dei providentiâ & prote-
 ctione munita est, ut adversus eam porta
 inferorum nullo modo prevalere possint,
 siue illis portis persecutio Tyrannorum,
 siue rabies Hereticorum, siue Schisma-
 ticorum furor, siue scelera & flagitia
 designentur.

CXXI.

CHRISTOPHORUS.

ANNO CHRISTI 903.

LUDOVICI III. 4. LEONIS
SAPIENTIS 18.

CHRISTOPHORUS Leonis fi-
 lius Romanus, Pontificatum,
 quem anno 903. exitu Novembris Bar. an.
 occupaverat, anni paulò amplius 907. §. 2.
 dimidio obtinuit. Qui enim alium 908. §. 1.
 expulerat, idem comprehensus à Ser- Pag. an.
 gio, se abdicare, & Cœnobium inire 903. §. 2.
 cogitur: unde extractum conjectum- 904. §. 5.

Kk 2

que